



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De pupillis, & pauperibus, ac viduis. cap. vii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

cipes Iuda occidit in Reblatha. Et oculos Sedeciae eruit, & vinxit eum compeditus, & adduxit eum in Babylonem: & posuit eum in domo carceris usque ad diem mortis eius.

*De peregrinitate: & quod fiducia careat peregrinus.*

C A P. V.

Gen.19.



I X E R V N T viri Sodomæ ad Loth: Ingressus es ut aduena: nunquid ut iudices?

Pro.27.



Sicut avis transmigrans de nido suo: sic homo seruitute premitur, cùm à loco suo peregrinatur.

Ecli. 34.

Vir, qui peregrinatus est, & oberrauit, cognouit multa. Et rursus: Qui oberrauit, multiplicat fraudem. Multa vidi in oberratione mea: & maior est sermonibus meis intelligentia mea.

*De iuramento: & quod pernicioſa & præpostera iuramenta præstanda non ſint.*

C A P. VI.

1.Reg.14.



I X I T Saul ad Ionatham, Indica mihi quid feceris. Et indicavit ei Ionathas, & ait, Gustans gustauit in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior! Et ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Dixitque populus ad Saul, Ergo ne Ionathas morieretur, qui fecit salutem hanc magnam in Israël? Hoc nefas est. Liberauit ergo populus Ionatham, ut non moreretur.

Hier.38.

Et dixit rex Sedecias ad Hieremiam: Sollicitus sum propter Iudeos, qui transfugerunt ad Chaldeos: ne fortè tradar in manus eorum, & illudat mihi. Respondit autem Ieremias, Non te tradent. Audi, quæso, vocem Domini, & bene erit tibi, & viuet anima tua.

Mat.14.

Die natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua, Da mihi hic, inquit, in disco caput Ioannis Baptista. Et dedit ei.

*scholium  
Damasi.*

Satius erat Herodi iuriūdum interpositum violare, quam Prophetæ caput amputare.

*De pupillis, & pauperibus, ac viduis.*

C A P. VII.

Exod.22.



I D V A E & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt uxores vestræ viduae, & filii vestri pupilli.

Iob.29.

Os viduae benedicebat me. Pupillo, cui non erat adiutor, opem ferebam.

Deut.24.

Non accipies loco pignoris viduae vestimentum.

Psalm. 67.

Pater orphanorum, & iudex viduarum.

Pro.23.

A grum pupillorum ne introëas: qui enim liberat eos, fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum.

Zach.7.

Pro eo quod iniuriam inferebant paruulis, interficiuntur.

Ecli.4.

Viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite opprimere.

Esto pupillis misericors ut pater, & pro viro matri illorum: & eris tu filius

A filius Altissimi. Non despiciet preces pupilli: nec viduam, si effundat loquela gemitus. Nonne lachrimæ viduæ ad maxillam descendant, & exclamatio-  
ius super deducentem eas?

Viduas honoræ, quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios <sup>1 Tim. 5.</sup> art: nepotes  
habet, discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere paréibus.  
Hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est, & desolata, spe-  
ret in Deum, & infest obsecrationibus, & orationibus die ac nocte. Nam quæ in  
delitiis est, viuens mortua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint. Adole-  
scētiores viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volun-  
tantes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem & o-  
tiosæ discunt circuire domos, non solum otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, lo-  
quentes quæ non oportet.

Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: visitare viduas <sup>Iac. 1.</sup>  
& pupilos in afflictione eorum.

Turturem aiunt, à coniuge suo disunctam, non iam adduci posse, ut cum altero consue-  
Basil. Ho-  
tudinem habeat: verum congressus venerei expertem manere: recordatione videlicet il-  
8. in He-  
lius, quocum copulata fuerat, alterius societatem respuentem. Audiant fœminæ, quemad-  
modum etiam apud animantes, quæ ratione carent, viduitatis honestas multarum nuptia-  
rum turpitudini preferatur.

C

Quod terminos transgredi non oporteat.

C A P. VIII.

O N assumes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt prio- <sup>Deut. 19.</sup>  
res in possessione tua. Maledictus, qui transfert terminos proximi <sup>27.</sup>  
sui. & dicet omnis populus, Amen.

Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. <sup>Prou. 22.</sup>

Sunt quædam in piscibus, quæ imitari conuenit: nempe quemadmodum singula ipso- <sup>Basil. Ho-</sup>  
rum genera, aptam sibi regionem velut partitò consecuta, imperium inter se non faciunt, <sup>7. in He-</sup>  
D verum in suis quæque finibus morantur. Nullus geometra domicilia apud eos distinxit. <sup>xam.</sup>  
Non mœnibus circumscribuntur, non limitibus distinguuntur: verum sponte, quod cuique  
accommodatum est, designatur. Etenim hic sinus hæc piscium genera nutrit: ille alia. Et que  
hic magno numero sunt, aliis locis reperiiri nequeunt. Nullus mons acuto vertice prominens  
eos dirimit: nullus fluvius transitum intersecit: verum lex quædam est naturæ, que iuste  
& equabiliter, prout cuique utile est, sedem omnibus attribuit. At apud nos longè aliter  
se res haber: quippe qui antiquos terminos immouemus, quos posuerunt patres nostri. Agros <sup>Pro. 22.</sup>  
protendimus, domum domui coniungimus, ut proximo aliquid eripiamus. Norunt cete se- <sup>Esa. 5.</sup>  
dem sibi à natura assignatam: atque disunctum à regionibus habitabilibus mare occupa-  
runt, quodque in insulis careat, nec ullam è regione continentem terram habeat. Hanc sedem  
E naœta cete, summis quibusque montibus, ut affirmant qui viderunt, magnitudine nequa-  
quam inferiora, suis se finibus continent, nec aut insulis, aut maritimis regionibus, detri-  
menti quicquam afferunt. Ad hunc nimirū modum quodlibet genus, non secus atque vr-  
bibus aut pagis quibusdam, aut antiquis patriis, in iis maris partibus, quæ sibi destinatae  
sunt, commorantur.

De via bona & mala: & quod obliquas res ac vias vitare  
oporteat, ac per rectam proficiisci.

C A P. IX.

S I N I Q U I aliiquid est in manu tua, procul illud fac à te. Sic lucebit fa- <sup>Iob. 11.</sup>  
cies tua sicut aqua pura. Qui obliuiscuntur viæ iusta, infirmati sunt in-  
ter homines.

X iii